



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Quibusdam præmissis referuntur sententiæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententie.

Suppono primò, id per se in quarto modo ad aliquid productionem concurrere, quod per se exigit ut principium illius: id autem non per se in quarto modo perfectus se habere, quod licet si id cum principio, à termino tamen non pertinet ut ejus principium. Sicut Tri-nitas personarum, etiā cum divina natura & omnipotencia realiter identificetur, non tamen ei per se necessaria quarto modo perfectus ad productionem creaturarum: quia illæ (ut supra ostendimus) per se non pertinet pro principio sui Deum ut trinum, sed ut unum & omnipoten-tiam.

Suppono secundo, Cognitionem ex qua Verbum procedit, esse non solum quidditativam, sed etiam intuitivam, immo & comprehensivam divinae essentiae. Patet etiam haec suppositione, nam Verbum divinum procedit per cognitionem perfectissimam: Sed cognitione intuitiva perfecti-ori est ab aliis divinis; & illa qua comprehendit ob-jetum, nobilior ea, qua illud solum quidditativa & intuitiva cognoscitur. Ergo cognitione ex qua Verbum procedit, non solum est quidditativa, sed etiam intuitiva & comprehensiva.

Addo quod, Verbum divinum procedit per intelligere primordiale & constitutivum divinae naturæ: Sed illud non solum est quidditativum, sed etiam intuitivum & comprehensivum divinae essentiae: Ergo & cognitio ex qua Verbum procedit. His præmissis

Circa propolegam difficultatem quatuor re-pento sententias: Prima negat Verbum ex cognitione aliquid personæ divinae per se procedere, sed solum ex cognitione essentiae, & perfectio-num absolute. Ita Scotus in 1. diff. 2. quest.

1. & alibi.

Secunda docet, Verbum per se procedere ex cognitione essentiae, & primæ personæ, non verò ex cognitione sui, & Spiritus Sancti. Ita Puteanus in presenti dubie. 2. conclusione ut am. & qui-dam alii, quos sine nomine referunt Arrubal. diff. 123. cap. 5.

Tertia asslderit Verbum per se in quarto modo perfectus procedere ex cognitione Patris, & sui, non autem Spiritus Sancti. Hanc enet Vazquez disput. 142. ap. 4. quem sequitur Alarcon eis discipulus, hic disput. 8. cap. 8. pro hac sen-tentia refutatur Turrianum, Aegidium Lusitanum, & alios.

Quarta sententia, quæ est communis in Schola D. Thomæ, & quam sequuntur plures ex Re-centioribus, existimat Verbum divinum ex cog-nitione omnium personarum divinarum per se in quarto modo perfectus procedere. Uide sit

§. II.

Sententia Scotti rejiciatur.

Dico primò Verbum per se in quarto modo ex cognitione paternitatis procedere.

Probatur primò conclusio ratione manifestâ. Verbum per se in quarto modo procedit ex cog-nitione illorum quæ per se repræsentant: Sed per se repræsentant non solum essentiam, sed etiam paternitatem: Ergo per se petit ex utriusque cognitione procedere. Major constat: nam o-mne per se repræsentatum à verbo creato, debet per se in specie impressa quæ intellectus fecun-datur repræsentari: Ergo si nulliter omne repræ-sentatum per se a Verbo in creato, debet repræ-

Tom. II.

A sententievæ contineri in cognitione, quâ median-te procedit: sicut enim intellectus creatus redi-tur fecundus per speciem impressam ad produc-tionem verbi, ita intellectus divinus consti-tuitur fecundus cognitione actuali. Minor au-tem probatur: Verbum divinum est per se ima-go, non hujus Dei, prout omnibus personis communis; cum ab illis, prout sic, realiter non distinguitur, qualiter imago debet à prototypo distingui; sed est per se imago Patris, à quo realiter distinguitur, & à quo realiter procedit: At-qui imago per se repræsentat id cuius est imago: Ergo Verbum per se repræsentat non solum Patris naturam, sed etiam ejus paternitatem. Unde Christus dicebat Philippo: *Philippe qui vides me, vides & parem meum.* Et Apostolus ad Hebreos 1. Filiū appellat *figuram substanzie Patri* five, ut habet versio Græca, characterem hypostasis ejus: *καρπόν τοῦ πατέρος οὐδεὶς οὐδείς.*

B Probatur secundò conclusio. Verbum divinum per se procedit ex cognitione cōprehensionis divinae essentiae, ut facientur Scotus, & ejus discipuli: Sed essentia divina non potest comprehendendi, nisi ab illa cognoscatur paternitas: Ergo Verbum divinum per se procedit ex cognitione il-lius. Minor probatur: Essentia divina compre-henditur non potest, non cognito in illa, & ex illa, quidquid ex vi illius cognoscibile est: Sed in di-vina essentia, & ex illa cognoscibilis est pater-nitas: Ergo nequit comprehendendi essentia, cog-nitione non terminata ad paternitatem.

Respondent Scotisti, quod licet in essentia di-vina possit paternitas absolute cognosci, non ta-men pro omni signo, pro priori scilicet originis Filii, quia in tali signo & prioritate non est cognoscibilis; unde in tali signo comprehenditur essentia, quamvis in ea paternitas non cognosca-tur.

D Sed contra primò. Pro omni priori, & pro omni signo quo divina essentia cognoscitur, de-bet cognosciri ut radix paternitatis: quia hoc es-sentialiter ei convenit, sicut naturæ creata es-sentialiter competit esse radicem suam proprieta-tum. Sed ut sic cognosci nequit non cognitâ pa-ternitate in illa, & ex illa: Ergo paternitas est cognoscibilis in essentia pro omni priori. Major patet, Minor verò probatur. Non minus ad cog-nitionem radicis, ut talis exigitur cognitione ra-dicis, quam ad cognitionem relationis cognitionis relati-ve; radix enim ut talis dicit ordinem ad il-lud cuius est radix: Ergo sicut paternitas, ut talis, non potest cognosci, non cognitâ filiatione ad quam refertur, ita nec essentia divina, ut radix paternitatis, non cognitâ ipsâ paternitate.

E Secundò pro priori originis Filii intelligitur essentia ut in Patre; non enim nisi prout in Pa-tre cognitione divina est principium, vel actio, quâ Filius productus. Ergo pro illo priori paternitas est cognoscibilis in divina essentia. Patet Consequentia: Nam paternitas est cognoscibili-s, pro omni priori quo est: Ergo si est pro priori originis Filii, est cognoscibilis pro illo priori.

F Explicatur amplius haec ratio. Cognitione divina non est secunda ad generationem Filii, prout conuenit huic Deo absolute (alias ut secunda, est omnibus personis communis) sed prout modificalta per paternitatem: Ergo pro omni priori, pro quo fecunda intelligitur, debet in-telligi paternitas ut illam modificans: Sed pro omni priori, pro quo intelligitur paternitas, ut